



## Universitätsbibliothek Paderborn

**IN PRIMVM MV=||SCVLI ANTICOCHLAEVM || Replica breuis  
Iohannis Cohlæi, pro Sacerdotij & || Sacrificij nouæ legis  
assertione.|| IN EPILOGO ADIECTA || est breuis responsio  
in Antibolen Bullingeri.|| ...**

**Cochlaeus, Johannes**

**Ingolstadt, 1545**

**VD16 C 4331**

Bvcervs.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb10167348-1**

ubi potest haberi magis legitima religionis cōstitutio, quā  
in Concilio generali: si papam uultis Conciliū iudicio su-  
biectum esse, qua uos metipso rogo, authoritate supra eius  
dem Conciliū authoritatem & iudicium extollitis: Aut  
quod ius Ciuile concessit tibi homini Monastico uxorem  
ducere Monialem professam:

## BVCERVS.

**A**T dum de religione non fuerit inter nos recte consti- **IL**  
tutum, quæ poterunt nobis esse communes leges: Si  
nullæ communes leges, quæ iuditia, quæ pax aut tranqui-  
litas:

## COCHLAEVS.

**V**Era sunt hæc nimirum ô Bucere, & p̄ oculis, quæ et **Communes**  
quotidiana experientia per annos iam XIX V I. ma- **leges & ius**  
gno cum malo totius Germaniæ, atq; adeo totius Imperij, dicia omnis  
immo & totius Christianitatis, nos docuit heu nimirum ue- **bus,**  
ra esse, Atq; utinam adhuc liceat absq; ulteriore clade & cors-  
porum & animarum alijs Nationibus de nobis uere dicere,  
sero sapiunt phryges, Atqui ante Lutheri sectam fuerunt  
uobis nobisq; communes leges, commune utrisque Impes-  
rialis Camere Tribunal, commune item Romæ supremum  
in causis Ecclesiasticis iudiciū. Dic ergo Bucere, quo uos  
iure exemistis à communibus & imperij & Ecclesiæ legi-  
bus atq; iudicijs:

## BVCERVS:

**Q**Uamdiu enim uos decretum Vuormaciense, & Au<sup>z</sup> III.  
gustanum secuti, quibus constanter inhæretis has  
bebitis nos ut hæreticos, ut perduelliones Imperij & Ec-  
clesie hostes, Contra quam diu nos existimabimus reuera-

M 3 uos

Appendix Iohan. Cochlaei,

uos esse Antichristos , oppugnatores Euangeliij , & disci-  
pline Christianæ euersores. Quæ obsecro inter uos uel ciui-  
lis societas uel humanitatis ratio consistere potest :

• COCHLAEVS.

**Q**uomodo non constanter inhæreamus huiusmodi  
Decretis, quæ superiores nostri Imperator & omnes  
Lutherani imperij Ro. status publica authoritate constituerunt: Non  
uere sunt hæc ne sublimiorum potestatum legibus parere tenemur, Meri-  
retici, Impes to igitur habemus uos pro hæreticis, qui antiquorum hæres-  
rj Perduel- tiorum iam olim publice damnata dogmata pertinaciter  
liones, & Ec clesia& hostes asseritis. Et imperij perduelliones declarant uos quotidiana  
næ rebellionis facta totq; seditionum turbæ, Deniq; Eccles-  
ia& hostes conuincunt uos, uestra contra Concilia & con-  
tra sedē Apostolicā scripta in tot librorum Myriades mul-  
tiplicata. Quo autem iure aut testimonio probabis tu, nos  
esse Antichristos & Euangelij oppugnatores? Aut quando  
unq; magis euersa fuit omnis disciplina Christiana , quā  
euersa est nunc 26. & amplius annis per sectas uestras, Nō  
ne testatur hoc ipsum uester quoq; Lutherus, cum alibi, tū  
apertissime in prefatione super articulis Concilio proponen-  
Eligat legis dis : Elige precor tu ipse Iudices, qui inter nos & uos discer-  
timum iudi- sstant & iudicent, ut videamus quam sis æquitatis cupidus  
cium Buce- rus si audet. aut studiosus. Nos certe in causa pro nobis usq; adeo certa  
& bona, totq; præiudicis contra antiquos hæreticos com-  
probata iam olim, nulla fugimus aut recusamus iudicia le-  
gitima, Ostende modo ullum nobis legitimum iudicium,  
cui causam tuam ac sectæ uestræ plene submittere ausis-  
ac uelis.

Hæc